

getur, nisi dies compromissi exitura sit, nec proferri possit.

§ 4.—Proinde si forte urgoatur a Praetore ad sententiam, aequissimum erit, si iuret sibi de causa nondum liquere, spatium ei ad pronuntiandum dari.

14. POMPONIUS *libro XI. ad Quintum Mucium*.—Sed si compromissum sine die confectum est, necesse est arbitro omnimodo dies (1) statuere, partibus scilicet consentientibus, et ita causam disceptari; quodsi hoc praetermiserit, omni tempore cogendus est sententiam dicere.

15. ULPIANUS *libro XIII. ad Edictum*.—Licet autem Praetor dēstrictē edicat, sententiam se arbitrum dicere coacturum, attamen interdum rationem eius habere debet, et excusationem recipere causa cognita, ut puta si fuerit infamatus a litigatoribus, aut si inimicitiae capitales inter eum et litigatores aut alterum ex litigatoribus intercesserint, aut si aetas aut valetudo, quae postea contigit, id ei munus remittat, aut occupatio negotiorum propriorum, vel profectio urgens aut munus aliquod Reipublicae; et ita (2) Labeo;

16. PAULUS *libro XIII. ad Edictum*.—et si qua alia incommoditas ei post arbitrium susceptum incidat. Sed in causa valetudinis similibusve causa cognita differre cogitur.

§ 1.—[17.] (3) Arbitrator iudicii sui nomine, quod publicum aut privatum habet, excusatus esse debet a compromisso, utique si dies compromissi proferri non potest; quod si potest, quare non cogatur eum, quum potest, proferre? Quod sine ulla distinctione (4) ipsius interdum futurum est. Si tamen utorque velit eum sententiam dicere, an, quamvis cautum non sit de die proferenda, non alias impetret, quia iudicium habeat, ne cogatur, quam si consentiat denno in se compromitti? Haec scilicet, si dies exitura est.

17. [18.] ULPIANUS *libro XIII. ad Edictum*.—Item si unus ex litigatoribus bonis suis cedat, Iulianus libro quarto Digestorum scribit, non esse cogendum arbitrum sententiam dicere, quum neque agere, neque conveniri possit.

§ 1.—Si multo post revertantur ad arbitrium (5) litigatores, non esse cogendum sententiam dicere, Labeo scribit.

§ 2.—Item si plures sunt, qui arbitrium receperunt, nemo unus cogendus erit sententiam dicere, sed aut omnes, aut nullus.

§ 3.—Inde Pomponius libro trigesimo tertio (6) quaerit, si ita sit compromissum, ut, quod Titio disceptatori placet, id Seius pronuntiet, quis sit cogendus? Et puto tale arbitrium non valere, in quo libera facultas arbitri sententiae non est futura.

días en que el juez no estaría obligado, á no ser que hubiera de transcurrir el día del compromiso, y no pudiera prorrogarse.

§ 4.—Por tanto, si acaso fuese apremiado por el Pretor para la sentencia, será muy justo, que si jurase que aún no estaba bastante instruido de la causa, se le dé espacio para sentenciar.

14. POMPONIO; *Comentarios á Quinto Mucio, libro XI*.—Pero si se hizo el compromiso sin fijar día, es absolutamente necesario para el árbitro fijar día, por supuesto, consintiendo las partes, y que de esta manera se resuelva la cuestión; porque si dejare de hacer esto, en todo tiempo ha de ser obligado á pronunciar sentencia.

15. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XIII*.—Mas aunque terminantemente diga el Pretor, que obligará al árbitro á dictar sentencia, sin embargo, á veces debe tener en cuenta la razón de aquél, y admitir su excusa con conocimiento de causa, por ejemplo, si hubiere sido iramado por los litigantes, ó si hubieren sobrevenido capitales enemistades entre él y los litigantes, ó uno de los litigantes, ó si la edad ó una enfermedad, que sobrevino después, ó la ocupación de negocios propios, ó una urgente marcha, ó algún cargo de la República, le dispensara de su cometido; y así lo dice Labeon;

16. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XIII*.—y si le sobreviniese algún otro impedimento después de aceptado el arbitraje. Pero en el caso de enfermedad, ó en otros semejantes, es obligado á prorrogarlo con conocimiento de causa.

§ 1. [17.]—El árbitro debe ser excusado del compromiso por razón del juicio propio, que público ó privado tiene, pero solamente si no puede prorrogarse el día del compromiso; porque si se puede, ¿por qué no obligaría á prorrogarlo, pudiendo? Lo que algunas veces se ha de hacer sin apremio alguno del mismo. Mas si ambos quisiesen que él pronuncie sentencia, ¿acaso, aunque no se haya convenido sobre la prorrogación del día, no conseguirá que no se le apremie, porque tuviera el juicio, de otro modo que si consintiera que de nuevo se haga compromiso á su favor? Esto se entenderá así, si estuviera para transcurrir el día.

17. [18.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XIII*.—También si uno de los litigantes cediera sus bienes, escribe Juliano en el libro cuarto del Digesto, que no ha de ser obligado el árbitro á pronunciar sentencia, como quiera que ni pueda demandar, ni ser demandado.

§ 1.—Si mucho tiempo después volvieren los litigantes al arbitraje, escribe Labeón, que no se le ha de obligar á proferir sentencia.

§ 2.—Asimismo, si son muchos los que aceptaron el arbitraje, ninguno sólo deberá ser obligado á pronunciar sentencia, sino ó todos, ó ninguno.

§ 3.—Por lo que, pregunta Pomponio en el libro trigesimo tercero, si el compromiso fuese de este modo, que lo que bien parezca al árbitro Titio, esto sentencie Seio, ¿quién habrá de ser obligado? Y yo opino que no es válido tal arbitraje, en el que no haya de haber libre facultad para la sentencia del árbitro.

(1) diem, Hal.

(2) it, Taur.

(3) Las ediciones vulgares comienzan aquí otro fragmento.

(4) Taur. según otros códigos; Fl. distinctione, Br.

(5) arbitrum, al margen interior del código Fl.

(6) ad edictum, inserta Hal.

§ 4.—Sed si ita sit compromissum, arbitrato Titii, aut Seii fieri, Pomponius scribit, et nos putamus compromissum valere; sed is erit cogendus sententiam dicere, in quem litigatores consenserint.

§ 5.—Si in duos fuerit sic compromissum, ut, si dissentirent, tertium assumant, puto tale compromissum non valere; nam in assumendo possunt dissentire. Sed si ita sit, ut iis tertius assumetur Sempronius, valet compromissum, quoniam in assumendo dissentire non possunt.

§ 6.—Principaliter tamen quaeramus, si in duos arbitros sit compromissum, an cogere eos Praetor debeat (1) sententiam dicere, quia res fere sine exitu futura est propter naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem. In impari enim numero idcirco compromissum admittitur, non quoniam consentire omnes facile est, sed quia, etsi dissentiant, invenitur pars maior, cuius arbitrio stabitur. Sed usitatum est etiam in duos compromitti, et debet Praetor cogere arbitros, si non consentiant, tertiam certam eligere personam, cuius auctoritati pareatur.

§ 7.—Celsus libro secundo (2) Digestorum scribit, si in tres fuerit compromissum, sufficere quidem duorum consensum, si praesens fuerit et tertius; alioquin absente eo, licet duo consentiant, arbitrium non valere, quia in plures fuit compromissum, et potuit praesentia eius trahere eos in eius sententiam;

18. [19.] POMPONIUS libro XVII. *Epistolarum et Variarum lectionum* (3).—sicuti (4) tribus iudicibus datis quod duo ex consensu absente tertio iudicaverunt, nihil valet, quia id demum, quod maior pars omnium iudicavit, ratum est, quum et omnes iudicasse palam est.

19. [20.] PAULUS libro XIII. *ad Edictum*.—Qualem autem sententiam dicat arbiter, ad Praetorem non pertinere Labeo ait, dummodo dicat, quod ipsi videtur. Et ideo si sic fuit in arbitrum compromissum, ut certam sententiam dicat, nulum esse arbitrium, nec cogendum sententiam dicere Iulianus scribit libro quarto Digestorum.

§ 1. [21.] (5)—Dicere autem sententiam existimamus eum, qui ea mente quid pronuntiat, ut secundum id discedere eos a tota controversia velit. Sed si de pluribus rebus sit arbitrium receptum, nisi omnes controversias finierit, non videtur dicta sententia, sed adhuc erit a Praetore cogendus.

§ 2.—Unde videndum erit, an mutare sententiam possit? Et alias quidem est agitatum, si arbiter iussit dari, mox vetuit, utrum eo, quod iussit, an eo, quod vetuit, stari debeat? Et Sabinus quidem putavit, posse. Cassius sententiam magi-

§ 4.—Pero si el compromiso fuese de esta suerte, que se hiciese al arbitrio de Ticio, ó de Seyo, escribe Pomponio, y opinamos nosotros, que es válido el compromiso; pero deberá ser obligado á pronunciar sentencia aquel en quien hubieren consentido los litigantes.

§ 5.—Si á favor de dos se hubiere contraído compromiso en esta forma, que, si disintiesen, elijan un tercero, opino que tal compromiso no vale; porque al elegirlo pueden disentir. Pero si fuese de este modo, que por ellos se tomase como tercero á Sempronio, es válido el compromiso, porque no pueden disentir en la elección.

§ 6.—Pero investiguemos principalmente, si el compromiso fuese para dos árbitros, si deberá acaso obligarles el Pretor á pronunciar sentencia, porque el compromiso por lo común ha de quedar sin éxito por la natural facilidad de los hombres para disentir. Porque por esto se admite el compromiso en número impar, no porque es fácil que todos lleguen á un acuerdo, sino porque, aunque disientan, se encuentra una parte mayor, á cuyo arbitraje se estará. Pero se acostumbró también á contraerse compromiso á favor de dos, y debe el Pretor obligar á los árbitros, si no se pusieran de acuerdo, á elegir una tercera persona cierta, á cuya autoridad se obedezca.

§ 7.—Escribe Celso en el libro segundo del Digesto, que si el compromiso hubiere sido á favor de tres, basta ciertamente la conformidad de dos, si también el tercero hubiere estado presente; de otro modo, estando él ausente, aunque dos estuviesen conformes, no es válido el arbitraje, porque el compromiso fué á favor de más personas, y pudo la presencia de aquel atraerlos á su parecer;

18. [19.] POMPONIO; *Epístolas y Doctrina de autores varios*, libro XVII.—asi como nombrados tres jueces, no es válido lo que de común acuerdo juzgaron dos estando ausente el tercero, porque sólo es válido lo que juzgó la mayoría de todos, cuando es evidente que también todos juzgaron.

19. [20.] PAULO; *Comentarios al Edicto*, libro XIII.—Mas dice Labeón, que no es de la incumbencia del Pretor cuál sea la sentencia que pronuncie el árbitro, con tal que pronuncie la que le parezca. Y por esto, si el compromiso se hizo á favor del árbitro en esta forma, para que pronuncie determinada sentencia, escribe Iuliano en el libro cuarto del Digesto, que es nulo el arbitraje, y que no ha de ser obligado á pronunciar sentencia.

§ 1. [21.]—Pero estimamos que profiere sentencia el que pronuncia algún fallo con la intención de querer apartar por él á las partes de toda controversia. Pero si sobre muchas cosas se hubiese aceptado el arbitraje, á no ser que hubiere puesto término á todas las controversias, no se entiende haberse pronunciado sentencia, sino que deberá ser todavía obligado á ello por el Pretor.

§ 2.—Por lo que habrá de verse, ¿podrá acaso variar la sentencia? Y verdaderamente otras veces se ha discutido, cuando el árbitro mandó que se diera una cosa, y después lo prohibió, ¿acaso deberá estarse á lo que mandó, ó á lo que prohi-

(1) compromissum, non debet cogere eos Praetor sententiam (omittendo quaeramus), Hal.

(2) tertio, Hal.

(3) et Variarum lectionum, omittelas Hal.

(4) Sic et, Hal.

(5) Las ediciones vulgares comienzan aquí, en este párrafo, un nuevo fragmento con la siguiente inscripción: Iulianus libro IV. Digestorum.

stri sui bene excusat, et ait Sabinum non de ea sensisse sententia, quae arbitrium finiat, sed de praeparatione causae, utputa si iussit litigatores Kalendis adesse, mox Idibus iubeat; nam mutare eum diem posse; ceterum si condemnavit vel absolvit, dum arbiter esse desierit, mutare se sententiam non posse,

20. [22.] GAIUS libro V. ad Edictum provinciale.—quia arbiter, etsi erraverit in sententia dicenda, corrigere eam non potest.

21. [23.] ULPIANUS libro XIII. ad Edictum.—Quid tamen, si de pluribus controversiis sumtus est nihil sibi communibus, et de una sententiam dixit, de aliis nondum; numquid desiit esse arbiter? Videamus igitur, an in prima controversia possit mutare sententiam, de qua iam dixerat. Et multum interest, de omnibus simul ut dicat sententiam, compromissum est, an non; nam si (1) de omnibus, poterit mutare, nondum enim dixit sententiam; quod si ut (2) separatim quasi plura sunt compromissa, et ideo, quantum ad illam controversiam pertinet, arbiter esse desierat.

§ 1.—Si arbiter ita pronuntiasset, nihil videri Titium debere Seio, tametsi Seium non vetuisset petere, tamen si quid petisset, videri contra sententiam arbitri fecisse; et id Ofilius et Trebatius responderunt.

§ 2.—Solutioni diem posse arbitrum statuere puto; et ita et Trebatius videtur sentire.

§ 3.—Pomponius ait, inutiliter arbitrum incertam sententiam dicere, utputa: «quantum ei debes, redde; divisioni vestrae stari placet; pro ea parte, quam creditoribus tuis solvisti, accipe».

§ 4.—Item si arbiter poenam ex compromisso peti vetuerit, in libro trigesimo tertio apud Pomponium scriptum habeo, non valere; et habet rationem, quia non de poena compromissum est.

§ 5. [24.] (3)—Papinianus libro tertio Quaestionum ait, si, quum dies compromissi finiretur, prolato die litigatores denuo in eum compromiserint, nec secundi compromissi arbitrium receperit, non esse cogendum recipere, si ipse in mora non fuit, quo minus partibus suis fungeretur; quod si per eum factum est, aequissimum esse cogi eum a Praetore sequens recipere. Quae quaestio ita procedit, si nihil in priore compromisso de die proferendo caveatur; ceterum si caveatur et ipse protulit, mansit arbiter.

§ 6.—Plenum compromissum appellatur, quod de rebus controversiisve (4) compositum est, nam ad omnes controversias pertinet; sed si forte de una re sit disputatio, licet pleno compromisso

bió? Y, á la verdad, Sabino opinó que puede. Cassio disculpa bien el parecer de su maestro, y dice que Sabino no dió su opinión refiriéndose á aquella sententia que pusiera término al arbitraje, sino refiriéndose á la preparación de la causa, como, por ejemplo, si mandó que los litigantes se presentasen el día de las Calendas, y después mandara que el de los Idus; porque puede el variar de día; de otra suerte, si condenó ó absolvió, como quiera que haya dejado de ser árbitro, no puede él variar la sententia,

20. [22.] GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro V.*—porque el árbitro, aunque hubiere errado al pronunciar la sententia, no puede corregirla.

21. [23.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XIII.*—Pero ¿qué se dirá si fué nombrado para muchas controversias, que nada de común tuvieran entre sí, y profirió sententia sobre una, y no sobre las otras; habrá acaso dejado de ser árbitro? Veamos, pues, si en la primera controversia podrá cambiar la sententia, que respecto de ella había pronunciado. E importa mucho saber, si es ó no el compromiso para que simultáneamente pronunciara sententia sobre todas; porque si para que sobre todas, podrá cambiarla, porque aun no profirió sententia; pero si para que por separado, se entiende como que son muchos los compromisos, y que por esto había dejado de ser árbitro en cuanto respecta á aquella controversia.

§ 1.—Si el árbitro hubiese fallado en estos términos, que nada parece que Ticio debe á Seyo, aunque no hubiese prohibido que Seyo reclame, sin embargo, si hubiese pedido alguna cosa, se entiende que ha obrado contra la sententia del árbitro; y esto respondieron Ofilio y Trebacio.

§ 2.—Opino que el árbitro puede fijar día para el pago; y así parece que opina también Trebacio.

§ 3.—Dice Pomponio, que inútilmente pronuncia el árbitro sententia incierta, como por ejemplo: «devuélvele cuanto le debes; parece bien que se esté á vuestra división; recibe según aquella parte que pagaste á tus acreedores».

§ 4.—Asimismo, si el árbitro hubiere prohibido que se pida la pena del compromiso, hallo escrito en Pomponio en el libro trigésimo tercero, que no es válido; y tiene razón, porque el compromiso no es sobre la pena.

§ 5. [24.]—Dice Papiniano en el libro tercero de las Cuestiones, que si cuando hubiese espirado el término del compromiso, prorrogado el término, los litigantes se hubieren comprometido de nuevo á favor del mismo árbitro, y éste no hubiere aceptado el arbitraje del segundo compromiso, no ha de ser obligado á aceptarlo, si él mismo no se constituyó en mora, para no desempeñar su cometido; pero que si esto consistió en él, es muy justo que sea obligado por el Pretor á aceptar el segundo. Cuya cuestión surge sólo si en el primer compromiso nada se dispusiera sobre prórroga del término; de otro modo, si se dispusiera y él lo prorrogó, continúa siendo árbitro.

§ 6.—Llámase compromiso pleno, el que se constituyó para cosas ó controversias, porque respecta á todas las controversias; pero si acaso fuese la disputa sobre una sola cosa, aunque se haya obrado

(1) ut, inserta Hal.

(2) Hal.; et, Fl.

(3) Las ediciones vulgares comienzan en este párrafo otra ley.

(4) omnibus, inserta Hal.

actum sit (1), tamen ex ceteris causis actiones superesse; id enim venit (2) in compromissum, de quo actum est, (ut) veniret. Sed est tutius, si quis de certa re compromissum facturum sit, de ea sola exprimi re in compromisso.

§ 7.—Non debent autem obtemperare litigatores, si arbiter aliquid non honestum iusserit.

§ 8.—Si intra diem compromissi aditus arbiter post diem compromissi adesse iusserit, poena non committetur.

§ 9.—Si quis ex litigatoribus ideo non adfuerit, quod valetudine, vel Reipublicae causa absentia impeditus sit, aut Magistratu, aut alia iusta de causa, poenam committi Proculus et Atilicinus aiunt; sed si paratus sit in eundem compromittere, actionem denegari, aut exceptionem tutum fore. Sed hoc ita demum verum erit, si arbiter recipere in se arbitrium fuerit paratus; nam invitum non esse cogendum Iulianus libro quarto (3) Digestorum recte scribit; ipse autem nihil minus poena absolvitur.

§ 10.—Si arbiter iussit, puta in provincia adesse litigatores, quum Romae esset in eum compromissum, an ei impune non pareatur, quaeritur. Est et verius, quod Iulianus ait libro quarto, eum locum compromisso inesse, de quo actum sit, ut promitteretur. Impune igitur ei non parebitur, si alio loci adesse iusserit. Quid ergo, si non appareat, de quo loco actum sit? Melius dicetur, eum locum contineri, ubi compromissum est. Quid tamen, si in eo loco, qui sit circa Urbem, adesse iusserit? Pegasus admittit, valore iussum. Quod puto ita verum esse, si et eius sit auctoritatis arbiter, ut (4) in secessibus soleat agere, et litigatores facile eo loci venire possint.

§ 11.—Sed si in aliquem locum inhonestum adesse iusserit, puta in popinam (5) vel in lupanarium, ut Vivianus (6) ait, sine dubio impune ei non parebitur; quam sententiam et Celsus libro secundo Digestorum probat. Unde eleganter tractat, si is sit locus, in quem alter ex litigatoribus honeste venire non possit, alter possit, et is non venerit, qui sine sua turpitudine eo venire possit, is venerit, qui inhoneste venerat; an committatur poena compromissi, an quasi opera non praebita? Et recte putat non committi; absurdum enim esse, iussum in alterius persona ratum esse, in alterius non.

§ 12.—Intra quantum autem temporis, nisi datur, quod arbiter iusserit, committatur stipulatio, videndum est. Et si quidem dies adiectus non sit, Celsus scribit libro secundo Digestorum, inesse quoddam modicum tempus, quod ubi praeter-

con compromiso pleno, subsisten, sin embargo, las acciones nacidas de las demás causas; porque corresponde al compromiso aquello de que se trató que le correspondiera. Pero es más seguro, si alguien hubiera de formalizar compromiso sobre cosa cierta, que sólo de esta cosa se haga mención en el compromiso.

§ 7.—Mas no deben obedecer los litigantes, si el árbitro hubiere mandado alguna cosa que no fuera honesta.

§ 8.—Si habiéndose comparecido ante el árbitro dentro del término del compromiso hubiere mandado que se compareciera después del término del compromiso, no se incurrirá en pena.

§ 9.—Si alguno de los litigantes no hubiere comparecido, precisamente porque haya estado impedido por enfermedad, ó por ausencia por causa de la República, ó por su Magistratura, ó por otra justa causa, dicen Próculo y Atilicino que se incurre en pena; pero si estuviere dispuesto á otorgar compromiso á favor del mismo, se deniega la acción, ó ha de estar seguro con la excepción. Pero esto solamente será verdad, si el árbitro estuviere dispuesto á aceptar á su favor el arbitraje; porque escribe acertadamente Juliano en el libro cuarto del Digesto, que contra su voluntad no ha de ser obligado; pero aquel queda, no obstante, absuelto de la pena.

§ 10.—Si el árbitro mandó, por ejemplo, que los litigantes comparecieran en una provincia, habiéndose otorgado á favor de él el compromiso en Roma, preguntase, si impunemente no se le obedecerá. Y es más verdadero lo que dice Juliano en el libro cuarto, que se comprende en el compromiso aquel lugar de que se haya tratado para que se prometiese. Por lo tanto, impunemente no se le obedecerá, si hubiere mandado comparecer en otro lugar. ¿Qué se dirá, pues, si no apareciera de qué lugar se haya tratado? Más bien se dirá, que se comprende aquel lugar en que se hizo el compromiso. ¿Pero qué, si hubiere mandado que se compareciera en lugar que estuviese cerca de la Ciudad? Pegaso admite que sea válido el mandato. Lo que opino que es verdad en este caso, si el árbitro fuese de tal autoridad, que acostumbre á actuar en lugares de retiro, y facilmente puedan los litigantes ir á aquel lugar.

§ 11.—Pero si hubiere mandado que se presentasen en algún lugar deshonesto, por ejemplo, en un bodegón ó lupanar, como dice Viviano, sin duda se le desobedecerá impunemente; cuya opinión aprueba también Celso en el libro segundo del Digesto. Por lo que, examina con discreción, si el lugar fuera tal, que á él no pudiera ir decorosamente uno de los litigantes, y el otro pudiera, y no hubiere ido el que sin desdoro pudiera ir á él, y hubiere ido el que había ido indecorosamente; ¿se incurrirá quizá en la pena del compromiso, ó se considerará el caso como si nada se hubiera hecho? Y con razón opina que no se incurre en pena; porque es absurdo que el mandato sea válido respecto á la persona del uno, y no respecto á la del otro.

§ 12.—Mas ha de verse dentro de cuánto tiempo se incurrirá en la estipulación, si no se diese lo que el árbitro hubiere mandado. Y si verdaderamente no se hubiere agregado término, escribe Celso en el libro segundo del Digesto, que hay

(1) licet plenum compromissum factum sit, *Hal.*; licet compromissum auctum sit, *otros en Hal.*

(2) tamen Martiano ex ceteris causis actiones superesse ait. Id enim venire, *Hal.*

(3) tertio, *Vulg.*

(4) vel, *(en lugar de ut)*, *Hal.*

(5) *Hal. Vulg.*; popina, *Fl.*

(6) Iulianus, *Hal. Vulg.*

ierit, poena statim peti potest; et (1) tamen, inquit, etsi (2) dederit ante acceptum iudicium, agi ex stipulatu non poterit;

22. [25.] PAULUS libro XIII. ad Edictum.—utique nisi eius interfuerit tunc solvi.

23. [26.] ULPIANUS libro XIII. ad Edictum.—Celsus ait, si arbiter intra Kalendas Septembres dari iusserit, nec datum erit, licet postea offeratur, attamen semel commissam poenam compromissi non evanescere, quoniam semper verum est, intra Kalendas datum non esse. Sin autem oblatum accepit, poenam petere non potest, (3) doli exceptione removendus; contra, ubi duntaxat dare iussus est (4).

§ 1.—Idem ait, si iusserit me tibi dare, et valetudine sis impeditus, quo minus accipias, aut alia iusta ex causa, Proculum existimare, poenam non committi, nec si post Kalendas te parato accipere non deim. Sed ipse recte putat duo esse arbitri praecepta, unum pecuniam dari, aliud intra Kalendas dari, licet igitur in poenam non committas, quod intra Kalendas non dederis, quoniam per te non stetit, tamen committis in eam partem (5), quod non das.

§ 2.—Idem ait, nihil aliud esse sententiae stare posse, quam id agere, quantum in ipso sit, ut arbitri pareatur sententiae.

§ 3.—Idem Celsus ait, si arbiter me tibi certa die pecuniam dare iusserit, tu accipere noluisti, posse defendi, ipso iure poenam non committi;

24. [27.] PAULUS libro XIII. ad Edictum.—sed si postea ille paratus sit accipere, non impune me non daturum; non enim ante feceram.

25. [28.] ULPIANUS libro XIII. ad Edictum.—Labeo ait, si arbiter, quum in compromisso cautum esset, ut eadem die de omnibus sententiam diceret, et ut posset diem proferre, de quibusdam rebus dicta (6) sententia, de quibusdam non dicta, diem protulit, valere prolationem, sententiaeque eius posse impune non pareri; et Pomponius probat Labeonis sententiam. Quod et mihi videtur, quia officio in sententia functus non est.

§ 1.—Haec autem clausula: «diem compromissi proferre», nullam aliam dat arbitro facultatem, quam diem prorogandi; et ideo conditionem primi compromissi neque minuere, neque immutare potest; et ideo cetera quoque discutere et pro omnibus unam sententiam ferre debet.

§ 2.—Si per fideiussorem fuerit cautum in primo compromisso, et sequens similiter proferen-

cierto tiempo moderado, y que luego que éste hubiere pasado, al punto se puede pedir la pena; y sin embargo, añade, si se hubiere dado antes de haberse aceptado el juicio, no podrá reclamarse por la acción de lo estipulado;

22. [25.] PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XIII.*—ciertamente, si no le hubiere importado que se pague entonces.

23. [26.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XIII.*—Dice Celso, que si el árbitro hubiere mandado que se dé una cosa dentro de las Calendas de Septiembre, y no se hubiere dado, aunque se ofrezca después, sin embargo, no desaparece la pena del compromiso una vez que en ella se haya incurrido, porque siempre es verdad que no se dió dentro de las Calendas. Pero si uno aceptó lo ofrecido, no puede pedir la pena, debiendo ser repelido por la excepción de dolo; al contrario, cuando solamente se mandó dar.

§ 1.—Añade el mismo, que si hubiere mandado que yo te diera una cosa, y por enfermedad, u otra justa causa estuvieras impedido para recibirla, estima Próculo que no se incurre en pena, ni aunque después de las Calendas, hallándote tú dispuesto á recibirla, yo no te la diera. Pero con razón opina el mismo que son dos los preceptos del árbitro, uno, que se dé el dinero, otro, que se dé dentro de las Calendas, y así, aunque no incurras en pena, porque no lo hubieres dado dentro de las Calendas, puesto que por tí no quedó, incurres, sin embargo, en esta parte, porque no lo das.

§ 2.—Dice el mismo, que poder estar á la sentencia no es otra cosa, que ejecutar cuanto en uno mismo esté para que se obedezca la sentencia del árbitro.

§ 3.—El mismo Celso dice, que si el árbitro me hubiere mandado que te diese una cantidad en cierto día, y tú no la quisiste recibir, puede defenderse que de derecho no se incurre en la pena;

24. [27.] PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XIII.*—pero que si después hubiese estado aquel dispuesto á recibirla, no impunemente dejaré yo de dárla, porque no lo había hecho antes.

25. [28.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XIII.*—Dice Labeo, que si el árbitro, habiéndose prevenido en el compromiso que en un mismo día pronunciase sentencia sobre todas las cuestiones, y que pudiese prorrogar el día, proferida sentencia sobre algunas cuestiones, y sobre otras no, prorrogó dicho día, es válida la prórroga, é impunemente se puede no obedecer su sentencia, y Pomponio aprueba el dictámen de Labeo. El cual también á mí me parece bien, porque con la sentencia no evacuó su cometido.

§ 1.—Mas esta cláusula: «prorrogar el día del compromiso», no da al árbitro ninguna otra facultad, que la de prorrogar el día; y por tanto, ni puede disminuir, ni alterar la condición del primer compromiso; y por esto, deber á discutir también las demás cuestiones y proferir una sola sentencia sobre todas.

§ 2.—Si con fiador se hubiere dado caución en el primer compromiso, dice Labeo que igualmen-

(1) ut, (en lugar de et), Hal.
(2) Véanse Hal. Vulg.
(3) aut, inserta Hal.

(4) dari iussit, Hal.
(5) in ea parte poenam, Vulg.
(6) alioquin, inserta Hal.

dum Labeo dicit; sed Pomponius dubitat, utrum iisdem, an et aliis tam idoneis; quid enim, inquit, si idem fideiubere noluerint? Sed puto, si noluerint fideiubere, tunc alios non absimiles adhibendos,

26. [29.] PAULUS libro XIII. ad Edictum.—ne in potestate sit fideiussorum postea se non obligantium, ut poena committatur. Idemque et si decesserint.

27. [30.] ULPIANUS libro XIII. ad Edictum.—Dum proferre vel praesens, vel per nuntium, vel per epistolam potest.

§ 1.—Si heredis mentio vel ceterorum facta in compromisso non fuerit, morte solvetur compromissum; nec utimur Labeonis sententia, qui existimavit, si arbiter aliquem pecuniam dare iusserit, et is decesserit antequam daret, poenam committi, licet heres eius paratus sit offerre.

§ 2.—Stari autem debet sententiae arbitri, quam de re dixerit, sive aequa, sive iniqua sit; et sibi imputet, qui compromisit. Nam et (1) Divi Pii Rescripto adiicitur: «vel minus probabilem sententiam aequo animo ferre debet».

§ 3.—Si plures arbitri fuerint, et diversas sententias dixerint, licebit sententia (2) eorum non stari; sed si maior pars consentiat, ea stabitur, alioquin poena committetur. Inde quaeritur apud Iulianum, si ex tribus arbitris unus (3) quindecim, alius (4) decem, tertius (5) quinque condemnent, qua sententia stetur? Et Iulianus scribit, quinque debere praestari, quia in hanc summam omnes convenerunt (6).

§ 4.—Si quis litigatorum defuerit, quia per eum factum est, quo minus arbitretur, poena committetur. Proinde sententia quidem dicta non coram litigatoribus non valebit, nisi in compromissis hoc specialiter expressum sit, ut vel uno, vel utroque absente sententia promatur; poenam autem is, qui defuit, committit, quia per eum factum est, quo minus arbitretur.

§ 5.—Coram autem dicere sententiam videtur, qui sapientibus (7) dicit; ceterum coram furioso vel demente non videtur dici. Item coram pupillo non videri sententiam dictam, nisi tutor praesens fuit. Et ita de his (8) omnibus Iulianus libro quarto Digestorum scribit.

§ 6.—Et si quis praesens arbitrum sententiam dicere prohibuit, poena committetur.

§ 7.—Sed si poena non fuisset adiecta compromisso, sed simpliciter sententia stari quis promiserit, incerti adversus eum foret actio.

te se ha de otorgar también el segundo; pero duda Pomponio, si es que con los mismos, ó acaso también con otros tan idóneos; porque, dice, ¿qué se hará, si los mismos no hubieren querido ser fiadores? Pero opino, que si no hubieren querido ser fiadores, entonces se han de dar otros no semejantes,

26. [29.] PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XIII.*—para que no dependa de los fiadores que después no se obligan, que se incurra en pena. Y lo mismo también, si hubieren fallecido.

27. [30.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XIII.*—Puede prorrogar el día, ó estando presente, ó por mensajero, ó por carta.

§ 1.—Si en el compromiso no se hubiere hecho mención del heredero, ó de los demás, se disolverá por la muerte el compromiso; y no seguimos el parecer de Labeon, que estimó que si el árbitro hubiere mandado que alguien diese una cantidad, y éste muriese antes que la diera, se incurra en pena, aunque su heredero estuviera dispuesto á ofrecerla.

§ 2.—Mas debe estarse á la sentencia que el árbitro hubiere pronunciado sobre la cuestión, ya sea justa, ya injusta; ó imputésele á sí propio el que se comprometió. Porque también se añade en un Rescripto del Divino Pio: «y debe soportar con igual ánimo la sentencia menos aceptable».

§ 3.—Si fueren muchos los árbitros, y hubieren pronunciado diversas sentencias, será lícito que no se esté á su sentencia; pero si la mayoría estuviese de acuerdo sobre una, se estará á ella, y de lo contrario se incurrirá en pena. Por lo que preguntase Juliano, si de tres árbitros uno condenara á quince, otro á diez, y el tercero á cinco, ¿á qué sentencia se estará? Y escribe Juliano, que deben pagarse los cinco, porque todos convinieron en esta suma.

§ 4.—Si hubiere estado ausente alguno de los litigantes, como quiera que en él consistió que no se pronunciara sentencia arbitral, se incurrirá en pena. Por lo tanto, la sentencia que en realidad se pronunció, no estando presentes los litigantes, no será válida, á no ser que en los compromisos se haya expresado especialmente esto, que se pronuncie la sentencia aunque el uno ó los dos estuviesen ausentes; mas aquel que faltó incurre en pena, porque en él consistió que no se profiriese la sentencia arbitral.

§ 5.—Mas se considera que pronuncia sentencia ante las partes, el que la profiere ante los que la entienden; pero ante el furioso ó el demente no se considera que se pronuncia. Asimismo, tampoco se considera que ante el pupilo se ha pronunciado sentencia, si no estuvo presente su tutor. Y así lo escribe Juliano respecto de todos estos en el libro cuarto del Digesto.

§ 6.—Y si estando presente alguno prohibió al árbitro pronunciar la sentencia, se incurrirá en la pena.

§ 7.—Pero si no se hubiese agregado la pena en el compromiso, sino que simplemente hubiere prometido cualquiera que se estaría á la sentencia, habría contra él la acción de cosa incierta.

(1) ut, (en lugar de et), Hal.

(2) Taur.; sententiae, Fl. según corrección, Br.; pero véase la nota 1, de la página 896, al fragmento 11 de este título.

(3) In, inserta la Vulg.

(4) In, inserta la Vulg.

(5) In, inserta la Vulg.

(6) Fl. según Br.; consenserunt, Taur.

(7) Esto es, intelligentibus, según Br.

(8) aliis, (en lugar de his), Hal.

28. [31.] PAULUS libro XIII. ad Edictum.—Non autem interest, certa an incerta summa compromissa sit, utputa: «quanti ea res erit».

29. [32.] ULPIANUS libro XIII. ad Edictum.—Adversus sententiam arbitri fit, si petatur ab eo, a quo arbiter peti vetuit. Quid ergo, si a fideiusore eius petatur, an poena committatur? Et puto, committitur (1); et ita Sabinus scribit, nam τῇ δυνάμει [effectu] a reo petit. Sed si cum fideiusore compromisi, et a reo petatur (2), nisi inter sit fideiussoris, (3) non committetur.

30. [33.] PAULUS libro XIII. ad Edictum.—Si quis rem, de qua compromissum sit, in iudicium deducat, quidam dicunt, Praetorem non intervenire ad cogendum arbitrum sententiam dicere, quia iam poena non potest esse, atque si solutum est compromissum. Sed si hoc obtinuerit, futurum est, ut in potestate eius, quem poenitet compromisisse, sit compromissum eludere. Ergo adversus eum poena committenda est lite apud iudicem suo ordine peragenda.

31. [34.] ULPIANUS libro XIII. ad Edictum.—Ita demum autem committetur stipulatio, quum adversus eam quid fit, si sine dolo malo stipulantis factum est; sub hac enim conditione committitur stipulatio, ne quis doli sui praemium ferat. Sed si quidem compromisso adiciatur: «ut (4) si quid dolo in ea re factum sit», ex stipulatu conveniri, qui dolo fecit, potest. Et ideo, si arbitrum quis corrumpit vel pecunia vel ambitione, vel advocatum diversae partis, vel aliquem ex his, quibus causam suam commiserat, ex doli clausula poterit conveniri (5); vel si adversarium callide circumvenit. Et omnino si in hac lite dolose versatus est, locum habebit ex stipulatu actio; et ideo, si velit de dolo actionem exercere adversarius, non debet, quum habeat ex stipulatu actionem. Quodsi huiusmodi clausula in compromisso adscripta non est, tunc de dolo actio vel exceptio locum habebit. Hoc autem compromissum plenum est, quod et doli clausulae (6) habet mentionem.

32. [35.] PAULUS libro XIII. ad Edictum.—Non distinguemus in compromissis, minor, an maior sit poena, quam res, de qua agitur.

§ 1.—Non cogetur arbiter sententiam dicere, si poena commissa (7) sit.

§ 2.—Si mulier alieno nomine compromittat, non erit pecunia (8) compromissa propter intercessionem.

§ 3.—Summa rei est, ut Praetor se non interponat, sive initio (9) nullum sit compromissum, sive sit, sed pendeat, an ex eo poena exigi potest, sive postea deficiat poena compromisso soluto die, morte, acceptilatione, iudicio, pacto.

(1) committi, según otra lectura del margen interior del códice FL.

(2) petam, Hal.

(3) poena, inserta Hal.

(4) ut, omitela Hal.

(5) ex doli—conveniri, omitelas Hal.

(6) clausulae, omitela Hal.

28. [31.] PAULO; Comentarios al Edicto, libro XIII.—Mas no importa que se haya consignado en el compromiso una cantidad cierta ó incierta, por ejemplo: «cuanto valiere aquella cosa».

29. [32.] ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro XIII.—Se contraviene á la sentencia del árbitro, si se pidiese á aquel de quien el árbitro prohibió que se pidiera. ¿Pero qué diremos si se pidiera de su fiador? ¿acaso se incurrirá en pena? Y yo opino que se incurre; y así lo escribe Sabino, porque efectivamente pide al reo. Pero si contrae el compromiso con el fiador, y se pidiera al reo, no se incurrirá en pena, si no importase al fiador.

30. [33.] PAULO; Comentarios al Edicto, libro XIII.—Si alguno dedujese en juicio el asunto sobre el cual se hubiese otorgado el compromiso, dicen algunos que no interviene el Pretor para obligar al árbitro á pronunciar sentencia, porque ya no puede haber pena, cual si se ha disuelto el compromiso. Pero si esto fuere así, sucederá que estaría en la facultad del que se arrepintiera de haberse comprometido eludir el compromiso. Por consiguiente, se le habrá de imponer la pena, debiéndose continuar el pleito por sus trámites ante el juez.

31. [34.] ULPIANO; Comentarios al Edicto, libro XIII.—Pero solamente se incurrirá en la pena estipulada, cuando en algo se contraviene á la sentencia, si se hizo sin dolo malo del estipulante; porque bajo esta condición se incurre en la estipulación, para que ninguno alcance premio de su propio dolo. Pero si ciertamente se añadió en el compromiso: «que si en aquel negocio se hubiese hecho algo con dolo», puede ser demandado por lo estipulado el que obró con dolo. Y por tanto, si alguno ó con dinero, ó con halagos corrompió al árbitro, ó al abogado de la parte contraria, ó á alguno de estos á quienes había encomendado su causa, podrá ser demandado por la cláusula del dolo, ó si con astucia engañó á su adversario. Y de todas suertes, si en este litigio procedió con dolo, tendrá lugar la acción por lo estipulado; y por esto, si el adversario quisiera ejercitar la acción de dolo, no deberá, como quiera que tenga la acción por lo estipulado. Pero si no se puso en el compromiso semejante cláusula, entonces tendrá lugar la acción de dolo, ó la excepción. Mas es pleno este compromiso, que contiene también mención de la cláusula de dolo.

32. [35.] PAULO; Comentarios al Edicto, libro XIII.—No distinguiremos en los compromisos si la pena es menor ó mayor que la cosa de que se trata.

§ 1.—No será el árbitro obligado á pronunciar sentencia, si se hubiese incurrido en la pena.

§ 2.—Si la mujer se comprometiera en nombre ajeno, no se comprenderá en el compromiso una cantidad por razón de su afianzamiento.

§ 3.—Es lo principal, que el Pretor no se interponga, ya si en un principio no hubiese compromiso alguno, ya si lo hubiera, pero estuviese pendiente si en su virtud puede exigirse pena, ya si después faltase la pena por haberse disuelto el compromiso por el día, por muerte, por aceptación, por juicio, ó por pacto.

(7) compromissa, Hal.

(8) poena, Hal.; poena commissa, Vulg.

(9) In initio, en otro tiempo en el códice FL, Br.

§ 4.—Sacerdotio obveniente videbimus, an cogatur arbiter sententiam dicere; id enim non tantum honori personarum, sed et maiestati Dei indulgetur, cuius sacris vacare sacerdotes oportet. Ceterum si postea susceperit, iste quoque omnimodo sententiam ferre debet.

§ 5.—Item non est cogendus, si de negotio transactum est, vel homo mortuus est, de quo erat compromissum, nisi si posteriore casu aliquid litigantium intersit.

§ 6.—Iulianus indistincte scribit: si per errorem de famoso delicto ad arbitrum itum est, vel de ea (re), de qua publicum iudicium sit constitutum, veluti de adulteriis, sicariis, et similibus, vetare debet Praetor sententiam dicere, nec dare dictae executionem.

§ 7.—De liberali causa compromisso facto recte non compelletur arbiter sententiam dicere, quia favor liberatis (1) est, ut maiores iudices habere debeat. Eadem dicenda sunt, si de ingenuitate, si de libertinitate quaestio sit, et si ex fideicommissi causa libertas deberi dicatur. Idem dicendum est in populari (2) actione.

§ 8.—Si servus compromiserit, non cogendum dicere sententiam arbitrum, nec, si dixerit, poenae executionem dandam de peculio putat Octavianus. Sed an, si liber cum eo compromiserit, executio adversus liberum detur, videamus; sed magis est, ut non detur.

§ 9.—Item si, qui Romae compromiserit, mox Romam in legationem venerit, non est cogendus arbiter sententiam dicere, non magis, quam cogeretur, si litem ante contestatus esset, nunc eam exercere; nec interest, tunc quoque in legatione fuerit, an non. Sed si nunc in legatione compromittat, puto cogendum arbitrum sententiam dicere, quia et si iudicium sponte accepisset, cogeretur peragere. Sunt tamen, qui de isto non recte dubitant; qui utique nullo modo dubitabunt, si de ea re in legatione compromisit, quam in legatione contraxit, quia et iudicium eo nomine accipere cogeretur. Illud in prima specie potest dispici, an, si ante compromisit legatus, cogendus sit arbiter sententiam dicere, si ipse legatus postulet? Quod prima ratione poterit videri iniquum, ut in ipsius potestate sit. Sed hoc tale erit, quale, si actionem velit dictare, quod facere ei licet. Sed compromissum istud comparabimus ordinaria actione, ut non alias audiatur desiderans, ut arbiter sententiam dicat, quam si se defendat.

§ 10.—Si is faciat controversiam hereditatis, qui cum defuncto compromiserat, futurum est praeiudicium hereditati, si arbiter sententiam dicat; ergo interea inhibendus est arbiter.

§ 4.—Veremos si, haciéndose sacerdote, será el árbitro obligado á pronunciar sentencia; porque esto se dispensa no tanto en gracia al honor de las personas, sino también á la majestad de Dios, á cuyas cosas sagradas conviene que los sacerdotes se dediquen. Pero si después aceptó el arbitraje, también éste debe de todos modos pronunciar sentencia.

§ 5.—Tampoco ha de ser obligado, si se transigió sobre el negocio, ó si falleció el esclavo á que se refería el compromiso, salvo si en este último caso importase alguna cosa á los litigantes.

§ 6.—Escribe Juliano, sin hacer distinción alguna, que si por error se recurrió á un árbitro sobre algún delito famoso, ó sobre la cosa respecto á la que haya establecida acción pública, por ejemplo, sobre adulterios, sicarios, y otras semejantes, el Pretor debe vedar que se pronuncie sentencia, así como que se dé cumplimiento á la dictada.

§ 7.—Formalizado compromiso sobre cuestión relativa á la libertad, con razón no será compelido el árbitro á pronunciar sentencia, porque es privilegio de los que han obtenido la libertad, que haya de tener jueces superiores. Lo mismo ha de decirse, si la cuestión fuera sobre la condición de ingenuo, ó sobre la de libertino, y si se dijera que se debe la libertad por razón de un fideicomiso. Lo mismo se ha de decir respecto á una acción popular.

§ 8.—Si un esclavo hubiere contraído el compromiso, opina Octaviano, que no se ha de obligar al árbitro á pronunciar sentencia, y que, si la hubiere pronunciado, no se ha de dar la ejecución de la pena en el peculio. Pero si un hombre libre hubiere contraído con él compromiso, veamos si acaso se dará la ejecución contra el libre; pero más razón hay para que no se dé.

§ 9.—Asimismo, si el que en Roma hubiere otorgado el compromiso, hubiere venido después á Roma para una legación, el árbitro no ha de ser obligado á pronunciar sentencia, como tampoco sería obligado á proseguirlo ahora, si antes hubiese aquél contestado el pleito; y no importa que también entonces hubiere estado, ó no, en la legación. Pero si ahora otorgase el compromiso estando en la legación, opino que ha de ser obligado el árbitro á pronunciar sentencia, porque también si voluntariamente hubiese aceptado el juicio, sería obligado á terminarlo. Hay, empero, quienes dudan de esto sin razón; los cuales ciertamente no dudarán de ningún modo, si en la legación otorgó el compromiso sobre aquella cosa que en la legación ha contratado, porque también sería obligado á aceptar el juicio por tal cosa. En el primer caso se puede examinar esto, si antes se comprometió el Legado, ¿habrá de ser obligado el árbitro á pronunciar sentencia, si el mismo Legado lo pidiese? Lo que por la primera razón podrá parecer injusto, que esté en la potestad de él. Pero esto será lo mismo que si quisiera intentar la acción, lo que le es lícito hacer. Pero el compromiso este lo compararemos con una acción ordinaria, de suerte que el que pretenda que el árbitro pronuncie sentencia, no sea oído en otro caso que si se defendiera.

§ 10.—Si promoviese controversia sobre la herencia el que había celebrado un compromiso con el difunto, se prejuzgaría la cuestión de la herencia, si el árbitro pronunciara sentencia; por consiguiente, debe entretanto ser inhibido el árbitro.

(1) Así dice el texto; pero parece que debería leerse libertatis, como dicen otras varias ediciones. —N. del T.

(2) pupillari, otros en Gothofr., y en las Basil.

§ 11.—Dies compromissus proferri potest, non quum ex conventione, sed quum iussu arbitri eam proferri necesse est, ne poena committatur.

§ 12.—Si arbiter sese colare tentaverit, Praetor eum investigare debet; et, si diu non paruerit, multa adversus eum dicenda est.

§ 13.—Quum in plures compromissum est ea conditione, ut quilibet, vel unus dixisset sententiam, eo staretur, absentibus ceteris nihilo minus qui praesens est, cogetur. At si ea conditione, ut omnes dicant, vel quod de maioris partis sententia placuerit, non debet singulos separatim cogere, quia singulorum sententia ad poenam non facit.

§ 14.—Quum quidam arbiter ex aliis causis inimicus manifesto apparuisset, testationibus etiam conventus, ne sententiam diceret, nihilominus nullo cogente dicere perseverasset, libello cuiusdam id querentis Imperator Antoninus subscripsit, posse eum uti doli mali exceptione. Et idem, quum a iudice consuleretur, apud quem poena petebatur, rescripsit, etiam si appellari non potest, doli mali exceptionem in poenae petitione obstaturam. Per hanc ergo exceptionem quaedam appellandi species est, quum liceat retractare de sententia arbitri.

§ 15.—De officio arbitri tractantibus sciendum est, omnem tractatum ex ipso compromisso sumendum; nec enim aliud illi licebit, quam quod ibi, ut efficere possit, cautum est. Non ergo quodlibet statuere arbiter poterit, nec in qua re libet, nisi de qua re compromissum est, et quatenus compromissum est (1).

